Κόδις.

III. Pompeius annuum spatium ad comparandas copias nactus . . . . . magnam ex Asia Cycladibusque insulis, Corcyra, Athenis, Ponto, Bithynia, Syria, Cilicia Phoenice, Aegypto classem coëgerat, magnam omnibus locis aedificandam curaverat, magnam imperatam Asiae, Syriae regibusque omnibus et dynastis et tetrarchis et liberis Achaiae populis pecuniam exegerat, ... sibi numerare coëgerat.

Ιουλ. Καί-σαρος. Περὶ εμφυ-λίων Πολέμων. Απομν. III Σελ 69.

IIII Legiones effecerat civium Romanorum VIIII . . . . Sagittarios Creta, Lacedaemone, ex Ponto atque Syria reliquisque civitatibus III milia numero habebat, funditorum cohortes sexcenarias II equitum VII milia. Ex quibus DC Gallos Deiotarus adduxerat, D Ariobarzanes ex Cappadocia, ad eundem numerum Cotys ex Thracia dederat et Sadalam filium miserat; ex Macedonia CC erant, quibus Rhascypolis praeerat, excellenti virtute; . . . . CC ex Syria a Commagene Antiocho, cui magna Pompeius praemia

391

Κόλς.

tribuit, missi erant, in his plerique hippotoxotae. Huc Dardanos, Bessos partim mercenarios, partim imperio aut gratia comparatos. . . . .

§XXXVI. 48 π.Χ. Eodemque tempore Domitius in Macedoniam venit. ~~et cum ad Eodem tempore equitatus regis Cotyis ad castra Cassii advolavit, qui circum Thessaliam consuerat.~~ et cum ad eum frequentes civitatum legationes convenire coepissent, nunciatum est adesse Scipionem cum legionibus, magna opinione et fama omnium. nam plerumque in novitate rei fama antecedit. Hic nullo in loco Macedoniae moratus magno impetu tetendit ad Domitium et, cum ab eo milia passuum XX afuisset, subito se ad Cassium Longinum in Thessaliam convertit. Hoc adeo celeriter fecit, ut simul adesse et venire nuntiaretur, et quo iter expeditius faceret, M. Favonium ad flumen Aliacmonem, quod Macedoniam a Thessalia di-

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

395

Κόθυς.

vidit, cum cohortibus VIII praesidio impedimentis legionum reliquit castellumque ibi muniri jussit. Eodem tempore equitatus regis Cotyis ad castra Cassi advolavit qui circum Thessaliam esse consuerat. Tum timore perterritus Cassius cognito Scipionis adventu visisque equitibus, quos Scipionis esse arbitrabatur, ad montes se convertit, qui Thessaliam cingunt, atque ex his locis Ambraciam versus iter facere coepit."

ὅρα γαλλ. ἐκδ. ὑπὸ τῶν [illegible]
Χερσονησ. Τ. Α΄. σελ. 568.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ